



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Item ex Tertull. de vultu foeminarum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

sint parentibus. Mox eos sibi assidere iubet, osculatur, colludit, tragematis refertit. Quod si quando inter disceptantes electus fuerit, ar-  
bitr lites primum audiet magna facilitate, cum dicit, videtur uterque recte ratiocinari: amicis curiosa munuscula saepe misit, & ro-  
garus, ut aulam spectaculis commoder, liben-  
ter facit: dein inter spectatores, ut solet, con-  
spicius, assidentibus crebro distitat, hanc  
suam aulam esse.

Item Seneca, 7. nat. 1.

Non dum satis robur omne proiecimus, ad-  
huc quicquid est boni moris extingui-  
mus, leuitate, & politura corporum, mulie-  
bres munditias antecessimus, colores mere-  
tricio matronis quidem non inducendos viri  
sumimus: tenero, & molli incessu suspendimus  
gradum, non ambulamus, sed repimus; ex-  
ornamus annulis digitos, in omni articulo  
gemma disponitur; quoti die comaminiscimur,  
per qua viilitati fiet iniuria, ut traducatur,  
quia non potest exui.

Idem, de breuitate vita, 12.

Quid illos otiosos vocas, quibus apud ton-  
sorem multae horae transmittuntur, dum  
decerpitur, si quid proxima nocte succeruit?  
dum de singulis capillis in consilium itur?  
dum aut dissecta coma restituitur, aut hinc,  
atque illinc deficiens, in frontem compelli-  
tur? quomodo irascuntur, si tonsor paulo fuit  
negligentior, tanquam virum tonderet: quo-  
modo excandescunt, si quid ex iuba sua deci-  
sum est? si quid extra ordinem iacuit, nisi om-  
nia sua in annulos suos reciderunt? quis est  
istorum, qui non malit temp. turbari, quam  
comam? quis non sollicitior sit de capitis sui  
decore, quam salute? quis non corruptior esse  
malit, quam honestior?

Item Tertull. de cultu femin.

Proprias praestigias formae, & hic virilis  
sexus sibi agnoscit: barbam acrius caede-  
re, interuallere, circumdare capillum, dis-  
ponere, etiam colorare capicem, primum

quamque subducere totius corporis lanugi-  
nem, pigmento quoque muliebri distinguere,  
caetera pulueris cuiusdam asperitudine laui-  
gare, tum speculum omni occasione consule-  
re, anxie inspicere.

Alia, ex Arbitro.

Cum has miraremur lautitias, Trimalcio  
lautissimus homo digitos concrepuit: ad  
quod signum matellam spado ludenti suppo-  
suit: exonerata ille vesica, aquam poposcit, ad  
manus, digitosque paululum asperfos, in capi-  
te puari terfit.

Longum erat singula excipere, itaque in-  
trauimus balneum, & sudore calefacto mo-  
mento temporis ad frigidam eximus; iam  
Trimalcio unguento perfusus tergebatur, non  
liureis, sed pallijs ex lana mollissima confectis.

Tres interim iatraliptae, in conspectu eius  
falernum bibebant, hinc inuolurus coccinam  
gausapa, lectica impositus est, praecedenti-  
bus phaleratis cursoribus quatuor, & Chira-  
maxio, in quo deliciae eius ferebantur, puer  
vetulus, lippus, domino Trimalcione defor-  
mior.

Cum ergo afferretur ad caput eius, cum mi-  
nimis symphoniacis tibijs accessit, & tanquam  
in aurem aliquid secreto diceret, toto itinere  
cantauit.

Sequimur nos iam admiratione faturi, &  
cum Agamemnone ad ianuam peruenimus: in  
aditu ipso stabat ostiarius prasinatus, cerasino  
succinctus cingulo, atque in laeae argentea  
pisum purgabat.

Super limen autem cauea pendeat aurea,  
in qua pica varia intrantes saluabat.

Caeterum dum ego omnia stupeo, pen-  
tesupinatus crura mea fregi, ad sinistram e-  
nim instantibus, non longe ab ostiarij cella,  
canis ingens catena vinculus, in pariete erat pi-  
ctus, superque quadrata litera scriptum, *Causa  
causa causa*: & collega quidem mei risere, e-  
go autem collecto spiritu, non destitit totum  
parietem persequi: erat autem venalium  
titulis pictum, & ipse Trimalcio, capillatus  
caduceum tenebat, Mineruaque ducente te-  
nia intabab: hinc quemadmodum ratioci-  
nari didicisset, deinde dispensator factus esset,  
omnia diligenter curiosus scriptor, cum in-  
scriptione reddiderat: in deficiente vero  
iam